



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 140. Mors Ladislai VI. Bohemiæ, & Hungariæ Regis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

vitas ac Martyrii historiam descripsit, Sæcul. XVI
 præfixo nomine *Parthenicon*; præterea A.C. 1516.
 elucubravit tres libros de vita S. Dio-
 nysii Areopagitæ; librum de vita S.
 Georgii, alium de gestis S. Ludovici Mor-
 bioli Bononiensis; Poemata in honorem
 S. Joannis Baptiste, & S. Alberti Car-
 melitæ Siculi; tres libros de patientia;
 alium de Beatitudine in prosa; tres li-
 bros de calamitate suorum temporum
 seu de septem peccatis capitalibus, nec
 non scripsit varia carmina de suscepto Ma-
 gisterio Theologico, de natura Amoris,
 & de morte contempnenda; tractatum con-
 tra detrectatores, alium adversus calu-
 mniatores; librum de variis Sacrae
 Scripturæ interpretationibus; decem li-
 bros seu Eclogas adolescentiæ contra Poe-
 tas impudice scribentes, ac varia alia ar-
 gumenta; duodecim Fastorum libros secun-
 dum duodecim anni menses digestos; Hi-
 storiam Ecclesiæ Lauretanæ; ac deni-
 que Apologiam pro Ordine Carmelita-
 rum (*).

§. CXL.

Mors Ladislai VI. Bohemiæ, &
Hungariæ Regis.

Pari fato eodemque anno die decima
 quinta Martii, quæ erat feria quinta
 O 4 Ladis-

(*) Quam plurima alia posteris reliquit;
 de quibus conuli potest Possevinus in suo ap-
 paratu, Verbo: Baptista Hispaniolus.

Sæcul. XVI. Ladislaus VI. Bohemiæ ac Hungariæ
A.C. 1516. Rex mortalitatem exuit. Erat Filius
Casimiri Poloniæ Regis, cuius auxilio
Dubrav.rer. Bohemiæ Regnum adeptus, propria
Hungar. l.32 demum animi fortitudine, ac ingenii
 dexteritate Anno Domini millesimo qua-
 dragesimo nonagesimo Hungariæ coro-
 nam sibi vindicavit, mortuo Matthia
 Corvino Joannis Huniadis filio; Bea-
 trix enim Mattheiæ vidua conjugii spe
 capta Ladislai rebus impense favebat.
 Evidem illi res erat cum tribus, iisque
 potentissimis regni æmulis, nimurum
 Joanne spurio Prædecessoris sui Filio;
 Maximiliano Austriaco, & Alberto pro-
 prio suo fratre, quem Casimirus eorum
 Pater Hungariæ sollo intrudere cupiebat,
 caussatus, Ladisla Bohemiæ coronam
 sufficere: nihilominus tam secunda La-
 dislai votis adspirabat fortuna, ut Com-
 petitorum suorum consilia feliciter elu-
 deret. Conjugem habuit Annam de
 Fuxo, ex qua Annam & Ludovicum su-
 sccepit, quem nonnisi biennem coronari
 curavit, ut Regni sui tranquilitas con-
 servaretur. Ast inutilis erat provida Pa-
 tris cura, morte Filium ejus paulo
 post rebus humanis
 eripiente.



HISTO-